

Formula Marculfina aevi Karolini 10 (lat) [Salzburger Formelmateral]

AD ABBATISSAM

Dilectae in Christo matri sororique amandae **n ille**^a acsi^b indignus serviens vester,
perpetuam vobis per has commendatitias^c litterolas semper opto fore salutem^d

Alias vero deprecor^e almitatem vestram, ut me humillimum servulum vestrum in vestris
sacris ac Deo dignis precibus suscipere non dedignemini, quatenus ubique vestris adiutus
suffragiis caelestem quandoque merear adire patriam angelorumque coetibus admixtus
eorum beatitudini dignus fieri, vestris pro me apud Deum intercedentibus meritis. Illud
vero super omnia vestrae exposco clementiae, ut deinceps me commendatum habere
dignemini tamquam fidelem et benivolum fratrem, quia, in quantum parvitati nostrae vires
suppetunt, partibus¹ vestris inantea satis^f fidelis ac benivolus semper esse cupio; et
undecumque parvitati nostrae iniunxeritis libenti^g animo peragere exopto.

Vale semper in Christo felix, beatissima mater vel soror.

^aillegitimus] iIII M₄

^bacsi] ac si edieren Roc, Roz

^ccommendatitias] commendaticias liest Roc

^dsalutem] saI M₄

^edeprecor] depcor M₄

^finantea] in antea ediert Roz

^glibenti] libento lesen fälschlich Roc, Roz, Zeu

¹[fol. 39^r]